



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De peccato detractionis quale sit cap. 64.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

De peccato detractionis quale sit.

Cap. 64.

Est peccatum mortale, quia contra iustitiam, & ex suo genere peius furto, & eo periculosius, quo communius, vnde scriptum est: cum detractoribus ne commiscearis. Ex leuitate materiae potest esse veniale, pensanda autem est leuitas materiae, ex tribus, primo ex quantitate ipsius infamiae, ut si ea leuis sit, secundo ex qualitate personae diffamatiae, interdum enim peccata grauia imponere, vel reuelare de quibusdam personis, non est mortale, ut rem venientem de quibusdam iuuenibus, homicidium de milite, nepo, quando restales non ducunt dedecori, sed potius de illis sepe iactitant, & tertio ex parte personae apud quam quis detrahit, grauius enim est apud virum grauem detrahere

quam alium, & apud multos, quā paucos. Potest etiam esse veniale si fiat absque intentione nocendi, vt ex ioco tantum, modo tamen inde non oriatur re ipsa notabilis infamia, quām detrahens potuerit præuidere, vel si desit deliberatio & aduertentia sufficiens, vt cum quis ex vehementi ira alterius crimen detegit, nam etiam tuāc est tantum peccatum veniale sic detrahere.

De Resolutione aliquorū dubiorū circa famam. Cap. 65.

Manifestare crimen alicuius quomodo cunque in famati intentione noctidi, est peccatum contra charitatem. Deinde peccat contra charitatem & iustitiam cum obligatione restituendi, qui alicuius crimen publicum etiam propter iudicis sententiam, postquam bonam famam